



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XVII. De operibus eius in Episcopio Ratisponensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

De operibus in Episcopo Ratisbonensi.

CAPVT XVII.

Monasteria
Ratisbonensis
Dioceseos.
Eustorph.
* Priffing.

* Münster.

* Maffestorff.
Biburg.

Windberg.

Dortò in Ratisbonensi Episcopatu sex monasteria construxit : quinque de Ordine Cluniacensium; quorum vnum Entstorff dictum in honore S. Iacobi Apostoli. Secundum est * Prueningen, sub patrocinio beati Georgij Martyris: vtraque autem in aduentitio fundo sita sunt. Tertium est Cœnobium cognomen * Monasterium, quod cum adiacente parochia eiusdem nominis, auri & argenti precio, ab Henrico Duce Bauariae, & à Dietpoldo Marchione comparauit; & regali priuilegio Imperatoris Lotharij in proprietatem sanctæ Babebergenfis Ecclesiæ collatum suscepit.

Quartum est Biburck : Quintum * Madelhardesdorff. Sed Biburck sub patrocinio est Beatae MARIÆ semper Virginis : illud autem in honorem S. Ioannis Euangelistæ; vtrumque autem fundi aduentitij. Sextum est VVindebergen, de ordine Clericorum Regularium, quos vocant Nortperlinos, in honore sanctæ Dei genitricis MARIÆ; & ipsum de fundo aduentitio.

De operibus eius in Halberstatensi Episcopo.

CAPVT XVIII.

Regensdorff.

IN Episcopatu Halberstatensi vndecima ei est congregatio Regensdorff, de Ordine Cluniacensi sub patrocinio beati Ioannis Baptistæ. Abbatiam enim Vicenburg, quæ nunc mutato loco & nomine, Regensdorff appellatur, cum omnibus ad illam pertinentibus à munificentiâ Domini Henrici Imperatoris iunioris, acceptis priuilegijs regis auctoritatis, S. Babebergenfis Ecclesiæ adiecit. Bona quoque eiusdè Cœnobij duplicauit. nam,

cum